

- quæ neque cogitavit, non veniunt in donatione ex defectu consensus: *Barbosa in reg. qui tacet nu. 12. de reg. Jur. in 6.*
- 110 Et si diceret, quod consensus tacitus habetur ex præsentia, patientia, & taciturnitate, etiam in præjudicialibus: *Barbosa ad reg. qui tacet de reg. Jur. in 6. num. 15. 16. 17. per tex. in l. qui patitur ff. mandati l. 2. C. de remiss. pignorum*, facile solvitur ex eod. *Barbosa*, quod intelligitur, ubi præfens, & tacens poterat facile dissentire, quod non poterat hæc Monialis, ut ipsa probare intendit, propter incussum timorem, & minas, & præsentiam nobilium Mulierum, quæ minas jactabant, & timorem incusserant, idè dat de nullitate.
- 111 Tum quia dato, & non concesso, quod ex tali taciturnitate resultaret præsumptio taciti consensus, tamen certum est, quod potest impugnare, & contrarium probare, ut dixit *Rota coram Verospio in Novarien. Præposituræ lune 28. Junii 1651. nu. 20. impressa post tom. 3. Tamburin. de Jure Abbatum folio mibi 333.*, quia est præsumptio Juris, quæ cedit veritati naturali, *Can. veritate dist. 8.*, idè in conscientia non statur præsumptionibus, *Mascard. de probat. concl. 1227. nu. 6.*, & seqq.
- 112 Quam professionem factam, non completo anno novitiatus, in aliis religionibus exceptis Tridentinum Justis excusis irritavit, & ratio specialis in Convertitis Mulieribus considerari potest, quia ratione conversionis censentur ardenti animo, & corde contrito velle pœnitentiam sollicitè agere de mortali lapsu, idèdque impatientes mora cupere toto conatu relinquere, ante actam turpem vitam, atq; pœnitentiam aggredi, ac virtutem amplecti enixè, propterea eis concessum est, non servare integrum annum probationis, si hoc elegerint, ac propterea praxis inolevit ad cautellam, quod nomine earundem Convertitarum supplices preces porrigan- tur Pontifici, ad impetrandam facultatem profitendi in Religione non expectato anno novitiatus integro elapso, sed per plures menses ante, vel etiam quandoque simul, & semel eodem die habitum Religionis summendi, & professionem regularem emittendi, preces autem in eo casu præferunt voluntariam renuntiationem facultatis expectandi, & differendi profes-
- 113 sionem per annum, undè observandum est, id habere locum, ubi preces porrectæ fuerint de consensu libero, & spontaneo Mulieris Convertitæ, secus si ea inficia, aut non spontè, ut supponit Monialis in præfenti casu, quare cum tot implicantur difficultates, non potest non audiri Monialis super asserta nullitate.
- 113 Accedat, quod facultas, quæ dicitur reportata pro hac Moniali, de professione emittenda, continebat clausulam de servandis constitutionibus Monasterii, quæ non probantur servatæ, item quod per aliquot dies ante sumptionem habitus staret in Monasterio, quod concludenter, & clarè, ac certè non constat observatum ex memoriali libro Conventus ejusdem, vel sit per errorem, vel per confusionem scripturæ, & numeri diei descripti, dum ergo agimus in causa Criminali satis ardua, & ad pœnas gravissimas, necesse est maturius, & tutiori gradu incedere, atque cuncta rimari, alias probationes prætenfi per Fiscum delicti, non sunt luce meridiana clariores, ut requiritur *l. fin. C. de Probat.*
- 114 Nec transit sine difficultate executio Indulti Apostolici, quo Pontifex committit Episcopo, ut dispenset arbitrio suo, ut Mulier nominata in precibus simul, & semel habitum religionis suscipiat, & profiteatur, quod fuit executioni demandatum per Vicarium generalem, nec ullibi constat de delegatione Episcopi, undè resultat dubium nullitatis, ex defectu Jurisdictionis.
- 115 Sine consideratione non debet pertransire, quod copula carnalis habita inter coreos, de quibus agimus, patrata fuerit in alieno territorio, extra fines Judicantis, undè non debet Advocatus prætermittere pro defensione inquisiti obiicere, quod non possit hîc Judex de tali copula judicare, ad *tex. in l. fin. C. de Jurisdic. omnium Judicum c. 2. de consuet. in 6.* Tunc quia crimen ibi punitur ubi committitur, *l. 1. l. Vis. §. 1. ff. de accusat. Authen. qua in provintia C. ubi de crimine agi oportet*; Undè *Guazzin. ad defensionem defens. 1. cap. 14.*, dicit sic, ex communiori Doctorem calculo judicandum, & plurimos allegat à *nu. 1. usque ad 4.* immò *num. 5.*, quod Judex non debet judicare, etiam si delinquens extra territorium esset sibi subditus ratione originis, vel Domicilii, quod non facit ad casum, ut dicam infra.

116 Tum

- 116 Tum quia Judex alterius territorii, vel sit originis, vel domicilii non potest censeri offensus ex delicto etiam à suo subdito patrato in alterius territorio, sicut potest dici offensus Judex illius territorii, in quo delictum est commissum, ut in *Authen. de Judicibus §. quod si delinquentes*, & in *Authen. de armis collat. 6.*, sicuti ergo solus Judex loci, in quo patratum est delictum, est injuriatus, *l. si quis ff. de injuriis*, ita ille solus potest de delicto cognoscere, & punire, hinc est, quod si alibi capiatur, Judex injuriatus habet Jus petendi, ut delinquens ad se remittatur, ad allegata per *Barbosam in l. 1. num. 4. 5. C. ubi de crimine agi oportet, Fermosin. in §. Postulasti q. 4. num. 12. de foro compet. Farinac. q. 7. num. 14.*
- Idèd etiam de Jure Canonico, ibi iniuria vindicatur, ubi plectibilis est orta culpa, unde *D. August. relat. in can. si peccaverit 2. q. 1. ait ubi contingit malum, ibi moriatur.*
- 118 Doctores plures, & magni nominis hanc negativam sententiam approbantes allegat *Farinac. q. 7. num. 19.*, & sunt *Speculator Jo. Andr., Odofr., Jacobus de Belois, Guiliel. de Cuneo, Bald., Ruvin., Salicet., Bonifac. de Vital., Barbat. in c. cum contingat num. 26.*, & seqq., usque ad 33. de foro competen., ubi hanc opinionem in practica, uti æquiorè, & fortioribus innixam rationibus assertit, *Felin., Marsil., Paris, Boer., Anton., Gomez., Novel., Gandin., Alexand., Hornod., Ubert., Laurent. de Rodulph., Riminald., Cyril. locis allegatis per Farinac. supra*, ubi quod plures hanc sententiam dicunt esse communem, quos refert, & sequitur *Chircou. in com. opin. lib. 2. cent. 2. concl. 89.*, *Vivius comm. opin. Ver. Judex domicilii num. 2.*, & *num. 8.*, *Tobias Nonius, Bursat. Bolognin., Julius Scarlat.*, qui hanc communem appellat, *Gramatic. decis. 26. num. 6.*, & seqq., ubi testatur ita fuisse decisum, *Vicenc Franc. decis. 37.*, *Roland. Consil. 19. vol. 2. num. 2.*, ubi hanc opinionem esse crebriorem, *Diaz. Jo. de Amicis, Jacob. Menoch., Foller., Thesaur. decis. Pedemont. 97. num. 6.*, omnes apud *Farinac.*
- 118 Qui *Farinac.* post quàm allegaverit *num. 20.*, & *21.*, pro contraria sententia plures, & plures Doctores sentientes, quod Judex originis, aut Domicilii possit inquirere de delicto, à suo subdito extra suum terri-
- torium, commissò, tandem *versus finem n. 21.* habet hæc verba (*ego tamen non absurdum credo dici posse, quod utraque opinio sustineri possit, declarata tamen, & limitata, ut in sequentibus limitationibus, ex quibus habebis concordatas ambas opiniones, ex quibus limitationibus clara resultat defensio Militis rei in præfenti judicio*) hæc *Farinac.*
- 119 Prima limitatio est, tunc non licere Judici originis, aut domicilii cognoscere de delicto commissò extrà territorium, si procedat per inquisitionem, quomodò procedit Curia in præfenti casu, *Farinac. num. 22.*, licet *Guazzinus dicto num. 5.*, & *11.*, allegat in contrarium.
- 120 Secunda est, quod tunc Judex procedat, quando delinquens sit subditus, vel originis, vel domicilii, secus si exterus, & non subditus, & est communis sententia *Farinac. dicta q. 7. à nu. 10.*, & seqq., *Barbosa in l. 9. C. ubi de crimin. agi oportet, Fermosin. in cap. Postulasti q. 4. de foro compet.*, & quod procedat in terris Ecclesiæ, *Guazzin. dicto cap. 14. num. 8.*, & hic est noster casus, Miles enim reus, nec origine, nec domicilio subditus est hujus Judici inquirenti, & processanti, alibi enim habet originem, & domicilium, & hic solum moram traxit militiæ causa, non autem animo aquirendi domicilium, & per breve tempus, hic moratus est, & pluries antequam subverteretur, seu dementaretur ab asserta Moniali, paratus erat in patriam remeare, neque hic bona possidebat, sed tamquam Miles solo victu, & vestitu contentus, quotidie paratus erat exire in campum ad alias stationes pertransire; Patet ergo, quod Judex non est competens respectu delicti carnalis copulæ, nec ratione originis, nec domicilii, quod certum dicit *Farinac. dicta quæst. 7. sub. num. 30. Vers. (verum iis non obstantibus.)*
- 121 Nec confugiat Patronus Fisci ad aliam quæstionem, quod scilicet ubi delictum inchoatum est in uno territorio, & completum, seu consummatum in altero, tam respectu agentis, quàm patientis, tunc uterque Judex est competens ad allegata per *Farinac. dicta quæst. 7. nu. 44. 45.*, & seqq., & tunc est subditus ratione delicti ad *tex. in l. 1. C. ubi de crimine agi oportet.*
- 123 Nam corrui, & hoc aufugium, considerando, quod in hoc casu duo sunt deli-

Aaa

Eta

Et a specie distincta, & divisibilia, & diversa poena punienda; primum delictum est associatio assertæ Monialis exeuntis de Monasterii clausura, & pro hoc delicto imposita est poena excommunicationis per *B. Pium V. in Constit. incipit (Decor)* edita anno 1569. *Kalend. Februarii*, & meminere D. D. allegati per *Barbosam de universo Jure Eccles. lib. 1. c. 44. num. 83. 84.*, cuius excommunicationis absolutio est Romano Pontifici reservata, *Sanchez. ad decal. lib. 6. c. 15. num. 72.*, & hoc est delictum, quod fuit inchoatum in hoc territorio Judicis inquirentis, & processantis; secundum delictum est carnalis copula, quæ hic non fuit inchoata, sed in alieno territorio totaliter petrata, propter quàm præterdit Fiscus poenam capitis intrare, sed hanc non posse, nec debere infligi, bene resolvit *Farinac. dicta q. 7. sub num. 48. Vers. (Quid tandem dicendum)* ubi de mandante homicidium in hoc territorio, quod completur in altero territorio, quod scilicet mandans hic, non punitur de homicidio hic inchoato per mandatum, sed punitur de mandato tantum, & licet plures adhibeat distinctiones, tamen si bene attendantur non applicantur quia mandatū de se, & directè ordinatur ad homicidium, at associatio Monialis clausuram violantis per egressum per se, & directè non ordinatur ad copulam consumandam, & ideo associatio de se alio effectu non sequito, non punitur poena capitali, & hoc est, quod dicit *Farinac.* quod quando inchoatio delicti non punitur eadem poena, qua punitur delictum consumatum, tunc Judex delicti inchoati, non potest imponere poenam debitam delicto consumato, nisi sit Judex domicili, aut originis, juxta prius examinatas sententias. Constat ergo Judicem in hoc casu delicti inchoati, scilicet associationis Monialis violantis clausuram posse punire tantum de illa associatione, sed non de carnali copula extrà territorium consumata, *Fermosin. in cap. Pastoral. q. 14. num. 2. de foro competenti.*

123 Ex quibus etiam admissa sententia, quod Judex Originis, aut Domicilii possit punire delinquentem extra territorium, pro ut practitari hodie testatur *Conciol. resol. Criminal. verbo forum resol. 4.*, vel procedat per inquisitionem, vel ad quærelam partis,

tamen cum Miles de quo non sit subditus originis, aut domicili clarum est, non possit hunc Judicem, illum punire de culpa habita cum asserta Moniali extrà territorium.

124 Neque ad hunc effectum sufficit si dicatur Militem habere domicilium saltem Juris, seu ex Juris dispositione, quod per militiam aquiri dixit: *Farinac. fragm. Criminal. littera D. num. 199.*, quia hoc sufficeret respectu eorum, quæ ad officium militis spectassent, non respectu ad alia, pro ut de Castellano scripsit *Gratian. discep. for. cap. 184. num. 52.*, ubi quod ratione domicili, talis potest conveniri tantum pro iis, quæ gessit ratione officii, non pro aliis, & *num. 54.*, quod Gubernatores, qui habent domicilium tantum ex Juris dispositione, non possunt compelli coram Prætere pro iis, quæ non gesserunt in ea Civitate, in qua habent officium.

125 Quamquam de scholari, quod possit conveniri pro delicto alibi commisso, ubi ratione studii degit, licet ibi non habeat domicilium; dicat *glos. in l. 2. in Ver. degit. C. ubi de crimin. agi oporteat.*, *Fermosin. in cap. 9. q. 2. num. 10. de foro compet.*, quasi argumentando à pari cum milite, qui possit conveniri, ubi degit ratione militiæ, licet alibi delinquerit, pro ut videtur argumentari *Gratian. discep. for. cap. 181. sub num. 28.*

126 Tamen *Bald. in l. 1. num. 7. C. ubi de crimin. agi oporteat.*, *Salicet in l. 2. num. 1. in fine Vers. Nam habitatio Cod. eod.*, *Socin. in cap. fin. nu. 26. Vers. si verò signa de foro competenti*, *Felin in cap. delictus il secundo num. 12. sub vers. (secunda declaratio) descriptis*, *Cephal. Consil. 83. num. 1.*, & *seqq. lib. 1.*, *Tusch. pract. concl. in Ver. domicilium concl. 596. num. 26.*, omninò reprobant *glos.*, & Doctores taliter sentientes, Scholarem scilicet conveniri Criminaliter, ubi degit ratione studii pro delicto alibi commisso, & firmant solum ibi posse conveniri ubi studet finito studio, si post decennium ibi continuat habitare, quia tunc præsumitur acquisisse domicilium *ad tex. in l. 2. C. de Incolis lib. 10.*, quos D. D. sic reprobantes refert, & in eorum dictis sistit *Farinac. fragm. Criminal. in Ver. domicilium num. 295. 216.*, cum pluribus aliis allegatis; unde si volumus argumentari à pari debemus dicere, quod

quod sicut Scholaris non potest conveniri, ubi degit ratione studii, non habens ibi domicilium pro delicto alibi patrato, ita neque Miles poterit pro delicto alibi pattrato judicari, ubi degit ratione militiæ, non habens ibi domicilium.

127 Et licet Miles dicatur habere domicilium in loco, in quo meretur stipendia *l. municeps ad finem ff. ad municipalem*, *l. Magistraria C. de Jurisdic. omnium Jud.*, tamen hoc intelligitur ad effectum, ut Magistri militum judicent inter suos milites, & de criminibus patrats in loco, quo degunt, vel si delinquant in iis quæ militiam respiciant, immò in præcitata *l. municeps in fine*, ponitur conditio, si nihil in patria possideant, quasi quod tunc nullibi habeant domicilium, ac propterea domicilium Juris ei dispositum est, ut supra cum *Farinac.* notavimus, quod domicilium Juris, non operatur quoscumque effectus, quos operatur domicilium accidentale, & electum animo ibi permanendi, sed eos tantum, quos ipsum Jus specialiter disponit, ac propterea *glos. in d. l. Magistraria in Verbo etiam Civilium questionum* notat, quod in communi crimine, id est ad militiam non spectante, Judex, sive Præses loci, ubi deliquit, habet cognitionem, coercionem verò remittit ad Magistrum militum, ut *in l. fin. C. de re militari lib. 12.*, quæ non aptantur nostro casui, *Bartol. in l. 1. num. 3. ff. de penis*, quod tamen non videtur probari per *Fermosin. in cap. Proposui q. 5. n. 8. in fine de foro compet. dicendo*, quod Judex competens ad condemnandum est etiam competens ad exequendum. Attamen ipsemet *Fermosin. q. 4. ad rubricam de foro compet. num. 4. post Dianam p. 4. tract. 1. resol. 38.* omninò tenet, quod si laicus Judex judicavit contra Clericum effectum post causam ceptam, & pronunciaverit esse gravandum, executionem sententiæ esse remittendam ad Judicem Ecclesiasticum, unde constat rationem dubitandi, non esse semper veram, scilicet quod Judex competens ad condemnandum, sit etiam competens ad exequendum; ideo latius examinat articulum, idè *Fermosin. in dicto cap. Proposui q. 13. per totum*, & assert hinc inde Doctores.

128 Contendebat Patronus Fisci ratione raptus, non posse evitari poenam capitalem, nam certum est, quod asserta Monia-

lis associata à milite, exivit à Conventu invitis Superioribus, nempe Priorissa, cæterisque Monialibus, sub quorum custodia detinebatur, sufficit enim ad verificandum raptum, quod Pater, Tutor, quicumque alius, qui Puellam habet in custodiam sit invitus, vel infcius, quia etiam dato, quod ad veram rationem raptus, requiratur violentia, tamen licet violentia non verificatur, respectu mulieris consentientis, verificetur respectu Priorissæ, & Monialium eam habentium in custodiam, contra quarum voluntatem fuit abducta, quod sufficit ad rationem raptus, *c. lex illa §. raptus 36. q. 1.*, quibus magna illata est injuria, ignominia, & dedecus, quod non tollitur per consensum Mulieris abductæ, *ad tex. in l. 2. Vers. Ufque adeo ff. de iniuriis*, & post plures notat *Sanchez de mat. lib. 7. disput. 12. num. 12.*, & tunc incurrere poenam ordinariam raptus, probavit *Pezuera decis. Crim. cap. 43. num. 3.*, & latius ostendit *Farinac. de delictis carnis q. 145. à num. 118.*, & *seqq.*, ubi *nu. 122.*, quod adhuc custodia est, resistant, sed etiam si ignorent, & propterea non consentiant, unde sufficit voluntatis defectus, qui in hoc casu negari non potest.

129 Verùm levioris momenti visa est hæc difficultas, nam licet resistentia, aut ignorantia, aut defectus voluntatis Parentum, Tutorum, Custodum importet aliqualem injuriam majorem, quæ ad speciem raptus referatur, tamen non est propriè raptus, de quo Jura loquuntur, dum capitalem poenam decernunt, ita ut ad raptum propriè, neque sufficiat suasionibus, & muneribus, aut precibus puellam sollicitare ad fugam, sed requiritur, quod sit invita, & violenter abducta, alias cessante tali violentia, etiam si Parentes resistent, aut deficiat eorum consensus, non intrat poena ordinaria, sed extraordinaria raptus, ut notant allegati per *Farinac. dicta q. 145. num. 120.*, & dixit *Thom. Sanchez. dicto lib. 7. disp. 12. num. 12.*, & *seqq.*, & *disp. 13. n. 13.*, ideo plures allegati per *Barbosam ad Trid. sess. 24. cap. 6. de reform. sub nu. 3. Vers.* contra Sanchez, existimant dispositionem Concilii irritantis matrimonium inter raptorem, & raptam non habere locum,